

## **Acta sanctorum**

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae  
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies decimus et undecimus continentur

**Bolland, Johannes**

**Parisiis et Romæ, 1868**

De S. Paldone Abbate S. Vincentii Ad Vulturenum In Italia Commentarius  
Prævius Asserta Sancti appellatio: patria: S. Vincentii cœnobii ædificatio:  
Vita edenda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71246](#)

A hic a Saussayo reliquiarum susceptio, a Wiono et in Molani ad Usuardum anni 1583 Additionibus translatio vocatur, huicque, etsi etiam reliqua illae non aliunde Latiniacum, sed ibi dumtaxat e loco minus honesto ad honestiorem fuisse delatae, futurum fuisse locum, nemo ibit inficias. Adhac fieri potest, ut, quamvis Ansilio Vitam monasticam Latiniaci egerit, alibi tamen, unde post sacre ejus exuviae Latiniacum fuerint translatae, vita functus ac sepulturam sit adeptus; ut ex hisce, quæ aliunde fuisse ad monasterium Latiniacense translatae, monachum in hoc non egisse Ansilonem, inferre contra Martyrologium Parisiense haud queat.

Ibidem que religiose aliquando servatas

B 4 Quod si tamen, contra ac in Martyrologio isthoc traditur, vere forsan Sanctus, quem hodie in Martyrologio suo universalis Castellanus ac ad secundam Junii diem in hagiologiis suis monasticis Wionus et Dorganius, loco, ubi monachum egerit, haud expresso, monachum appellant, in monasterio, quod a Latiniaciensi esset diversum, Vitam monasticam duxerit, Latiniaci equidem sacras ejus exuvias, ut ut eo forsan aliunde allatas, fuisse aliquando asservatas, quisque facile e modo dictis colliget ac porro e jam nunc dicendis patescet. S. Ansilonis seu Ansilonis aliorumque aliquot Sanctorum in monasterio Latiniaco translatio ad secundam Junii diem in Molani ad Usuardum anni 1583 Additionibus, minori charactere exaratus, signatur idemque a Wiono, qui Ansilonem aliosque duos e Sanctis illis existisset monachos, adjungit, in Martyrologio monastico etiam fit; verum, cum Menardus ejusdem cum Latiniacensis Benedictini Ordinis monachus, Parisiis ac proin sex dumtaxat a Latiniaco leucus scribens nec Sanctorum is-

torum, nec vel solius etiam Ansilonis usquam meminerit, ac praeterea eosdem minori charactere, quasi inter Praetermissos, Saussayus, qui tam et ipse Parisiensis degens in res, ad Ansilonem reliquosque e dictis Sanctis spectantes, inquirere facillime potuisset, per verba supra hoc transcripta commemoret, haud immerito sane dubitari potest, tum an cultu ecclesiastico Latiniaci gaudent, tum an ibi unquam translata ac proin et asservata fuerint eorum reliquia.

5 Vedit id Papebrochius, nihilque idcirco esto annuo, et quidem anti-

quibus colitur.

Praetermissis docet, dictorum Sanctorum ac nominatum S. Ansilonis reliquias, Latiniaci olim servatas, sed a Calvinistis simul cum chartis, docturis unde et quando vel quomodo allatae illo essent, exustas fuisse, intellexit. Adhac singulorum nihilominus Sanctorum istorum festa diebus, quos assignat, Latiniaci quotannis colit, simul etiam didicit; quare, cum ipsammet hodiernam seu xi, qua etiam E non tantum in Parisiensi, sed et in universali Castellani Martyrologio Ansilio signatur, Octobris diem annuo ejus apud Latiniacenses festo mox assignat, nec quin id apud hosce immemorabile ante annum 1634 tempore, et quidem non interrupte, celebratum constanter fuerit, dubitandum ulla modo appareat, non potui, quin hic illum, sub septimi, ut puto, seculi finem cum Parisiensi, a quo Castellanus, ultiote sec. viii Ansilonem innectens, haud multum ab ludil, Martyrologio consignandum, in Opus nostrum inferrem, etsi interim universa propemodum, quæ ad eundem spectant, in obscuro penitus sint.

AUCTORE  
C. B.

## DE S. PALDONE ABBATE

S. VINCENTII AD VULTURNUM IN ITALIA

COMMENTARIUS PRÆVIUS

J.B. F.

F.

C

Asserta Sancti appellatio: patria: S. Vincentii cœnobii ædificatio:  
Vita edenda.

ANNO DCCXX.  
Titulus sancti-  
tatis asseritur  
Paldoni,

Celeberrimum quondam S. Vincentii monasterium Ordinis S. Benedicti ad Vulturni fluminis fontem, in Beneventana provincia, Gulielmus Cuperus tomo iv Julii ad diem xii pag. 646, in Commentario prævio ad Acta S. Ambrosii Autperi, dicti cœnobii abbatis, descripsit. Illustrum hanc olim virorum palæstram S. Paldo, ipsiusque consanguinei Taso et Tato (qui duo fratres erant) ædificarunt, et illos inter Paldo, quo de hic agimus, primus abbas constitutus tam strenue certavit, ut ab antiquo ipsius biographo Petro presbytero, ejusdemque cœnobii anno 739 monacho, Sancti titulo condecoretur, quo etiam titula Carolus Magnus in suo diploma, auctor Vitæ S. Thomæ abbatiss Farfensis, Mabillonius in Actis SS. Ord. S. Benedicti, et

Ughellus in Italia sacra ipsum honorant. Beati nostri Abbatis in duabus Sanctorum Catalogis apud Ferrarium honorifica est memoria, ipsumque Marius de Vipera in Appendix ad Catalogum Sanctorum, quos Beneventana ecclesia colit, sequenti elogio celebrat: Sanctus Paldo nobilis Beneventanus unacum Tatone, et Tasoni suis fratribus, relictis parentibus, et facultatibus, peregrinationeque suscepta in Marsorum fines ad Thomam abbatem venit, cuius persuasus in quandam Samnii solitudinem apud Vulturni fluminis ortum se recepit, ubi ecclesia cum cœnobia nomine sancti Vincentii extructa (eui postea a Longobardis principibus, ob monachorum sanctitatem, plurima per circuitum prædicta attributa sunt) cum fratribus, et aliis, qui se illis in dies instruendos trabant,

AUCTORE  
J. B. F.

qui in Bene-  
ventano ducatu-  
natus.

circa annum  
705 monaste-  
rium S. Vin-  
centii Vul-  
nense

\*dificare co-  
piu,

debant, vitam magna cum sanctitate duxit; demum a Domino vocatus, quinto Idus Octobris in pace quiebat, cuius corpus a fratribus ibidem sepultum miraculis claruit. Quare nos veteris biographi laudatorumque auctorum auctoritate moti, etiam in martyrologiis Benedictini tam egregii viri et de suo Ordine optimi meriti memoriam haud celebrarint, istum pium, primumque monasterii S. Vincentii Parentem Actis Sanctorum inserimus.

2 De parentibus Sancti nostri, deque ipsis nobili genere, aut primævæ ætate nihil quidquam litteris consignatum apud scriptores tum veleres, tum recentiores reperi; omnes hi tamen eum nobilem, natione Italum et patria Beneventanum constanter affirmant, cumque suis consanguinitate propinquos Tasonem et Tatone, germanis fratribus, S. Vincentii monasterium ædificasse scribunt. Chronicon Vulturnense a Joanne, dicti cœnobii monacho, exaratum, et a Muratorio in Operे de Rerum Italicarum scriptoribus tom. I, B part. 2 editum, sequentem chartam exhibet, in qua Gifulfus I Dux Beneventanus Paldonem, Tasonem, et Tatone sibi consanguinitate propinquos vocat. Hæc Charta refert, In nomine Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi. Concessimus nos dominus vir gloriósus Gifulfus summus dux gentis Longobardorum monasterio sancti Vincentii levata et martyris Christi, quod venerabiles famuli Christi, nobis carnis consanguinitate propinquui, Paldo, Tato et Taso, pro amore Dei patriam, parentes et mundi gloriam relinquentes, nuper ædificare cœperunt in territorio sacra nostræ civitatis Beneventana super Vulturni fluminis fontem, terras et possessiones per designatos fines etc. At, huic chartæ haud magnam fidem esse adhibendam, laudatus Muratorius in sequenti, quam chartæ subjicit, nota observat: Antiquissima istæ chartæ quæcumque a chronographe nostro producentur, aut aperta falsitate laborant, aut certe suppositionis suspicionem relinquunt. Mihi suspecta est consanguinitatis istius mentio, ut alia omittam etc.

3 Nunc, quo Incarnati Verbi anno Vulturnense S. Vincentii monasterium, S. Thoma abbe Farfensis juvante, quo de in Operे nostro ad diem x Septembri actum est, a nominis Sanctis constructum fuerit, inspiciamus. Leo Ostiensis Chron. Cassinensis cap. 4, Vulturnense cœnobitum 15 circiter annis, priusquam monasterium Cassinense a S. Petronace (hujus Sancti Acta in Operे nostro ad diem vi Martii consule) anno 718, ut ibidem probatur, restauraretur, ædificari cœptum, sic scribit: Quem videlicet (Petronacem) tres quidem nobiles viri Beneventani Paldo et Taso, atque Tato germani fratres, qui ante quindecim circiter annos monasterium sancti martyris Vincentii, juxta ortum Vulturni fluminis, de propriis sumptibus construere cœperant, cum essent potentes ac divites, in ipso opere tam per semetipsos, quam per suos usque ad restorationem loci hujus plurimum adjuverunt. Et quibus, hanc sacram virtutum palestram in S. Vincentii honorem anno 705 Sanctum nostrum construere incepisse, fit consecrarium.

4 Leoni Ostiensi in hujus cœnobii S. Vincentii fundationis epocha assignanda, qua de Sancti nostri biographi Ambrosius Autpertus et Petrus presbyter silent, eruditissimus Ma-

billonius consentit, qui in Annalibus Benedictinis ad annum 681, num. 22, enarrata monasterii Farfensis a S. Thoma restaurazione, et SS. Paldonis, Tasonis et Tatonis quibusdam rebus gestis laudatis, hæc habet: Hæc anticipata simul retulimus de monasterii Vincentiani origine, licet ejus fundamenta vix ante annum septingentesimum tertium jacta sint, perfectio vero collocanda non sit ante annum septingentesimum septimum. Laudatis scriptoribus auctor chronicus Vulturnensis, apud Muratorium editi, Joannes Monachus adversatur, qui dictum cœnobium anno 685 fundatum, sic refert: Sanctus autem Paldo, primus hujus loci abbas, post diurnam hujus vita decertationem consummatis operibus sanctis in requiem Christi assumptus, obiit quinto Idus Octobris, anno Incarnationis Dominicæ 720, postquam in loco sacri regiminis decem et septem expleverat annos. Ab ædificatione vero hujus monasterii Christi martyris Vincentii jam agebatur trigesimus quintus. At, cum citatum chronicum, ut ipsius editor Muratorius reflectit, multis mendis et anachronismis sit conspersus, citato supra Leonis Ostiensis asserto anteponendum esse haud existimo. Proinde, donec meliora documenta nobis prælueant, supradictam chronographi Cassinensis sententiam amplectentes, cum Mabilonius, S. Paldonem anno circiter 703 Vulturnensis abbatiæ fundamenta jecisse, dicimus.

5 In annis computandis, quibus S. Vincentii monasterio jam constructo Sanctus noster præfuerit, quædam difficultas, ut eruditissimus Mabilonius et Muratorius reflectunt, occurrit, ex eo quod S. Paldonius biographus S. Autpertus, dum de tempore, quo Sanctus noster Vulturnenses monachos reverit, loquitur, sibi contradicere videatur. En ipsius biographi verba: Sepedictus venerabilis Paldo, evangelicas perfectionis vir per omnia consummatus, humanis rebus excedens, præsentis vita finem fecit v Idus Octobris Indictione III, anno Incarnationis Dominicæ ccxx, residente in Sede Apostolica veneranda memoria Gregorio II. Hic suscepérat sacri cœnobii regimina ab Incarnatione Domini anno ccvii, sub sancto Papa Sisinio.

En, paradise, tuos vernantes collige flores: Denis septenis annis moderatus habens

Est Paldo felix, quando tua gaudia cepit.

Si enim S. Paldo ab anno ccvii, quo Romanam cathedram Sisinius ascendit, S. Vincentii monasterium administrandum suscepit, mortalemque vitam cum immortali anno ccxx commutavertit, haud sine errore in versu septemdecim annis monasterio præfuisse hic legitur, cum ab anno ccvii usque ad annum ccxx tredecim tantum anni numerentur. Mabilonius hunc Vitæ textum recte sic conciliari posse contendit, ut, inquit, si ab inchoato S. Vincentii cœnobio calculum ducas, annum ccvii; si a perfecto, annum ccvii prælatura S. Paldonis initum definias. Sic vere Sanctus noster septemdecim annis monasterium recessisse dicetur. Laudatus Muratorius in Præfatione, chronicis Vulturnensi affixa, aliam riam init, ut S. Autpertus citatum hic versum cum antedictis conciliet; nempe si mendum, quod in hoc versu ex amanuensium incūria cubat, tollamus, et loco Denis septenis annis ponamus Denis et ternis annis. Nec hi modi, quibus

cuicunque anno  
707 perfecto,  
usque ad an-  
num 720 pre-  
fuit.

A quibus S. Autpertus sibi ipse constare posse  
videtur, sunt rejiciendi.

Vita edenda. 6 Superest, ut de Vita, quam cum Petri presbyteri, alterius Sancti nostri biographi, lucubratione collatam huc Commentario subnectemus, sicut et de sinceritate et fide S. Autperi, hujus Vitæ auctoris, quædam dicamus. Vita, quam hic, quod nondum editam fuisse sciām, prelo subjiciam, ex Ms. Domini J. B. Mari descripta, et cum Majoribus nostris communicata in omnibus fere, si quædam excipias, quæ sane ex amanuensium incuria proveniunt, videntur, cum illa convenit, quam ab eodem auctore S. Autperio conscriptam Mabillonius in Actis Sanctorum Ordinis S. Benedicti seculo III, part. 1, Muratorius de Scriptoribus Italiæ tom. 1, part. 2, et Ughellus in Italiæ sacrae tomo VI publici iuris fecerunt. Hujus Vitæ auctor S. Ambrosius Autpertus, Vulturnensis cenobii abbas, qui aliquot post Sanctum nostrum floruit annis, defunctus nimis (ut in nostro Opere B ad diem 19 Iulii in Comment. prævio ad ipsius Acta est videre) ante annum 778, hic auctor, inquam, in Prologo Vita statim edendæ, in quo causam, cur scribat, edicit, disertis verbis, se Sancto coetaneum non fuisse, faleatur, verum iis, qui illi coetanei fuerant, se convixisse sic affimat: Hoc enim ego non temeritatis ausu impulsus, sed abbatis mei monita secutus, eaque modo stilo prosequo, de quibus adhuc testes existunt, qui se hæc ab his (SS. Paldone, Tasone et Tatone) audisse confirmant. Apud laudatum Muratorium dictæ jam S. Autperi lucubrationi alia SS. Paldonis, Tasonis et Tatonis Vita subiungitur, quæ in omnibus, paucis exceptis, cum iis, quæ in statim laudata Vita de Sancto nostro memorantur, convenient, cuiusque auctor nomen suum, tempusque, quo illam conscripsit, in Prologo perspicuis verbis sic exprimit: Haec, quæ dicturus sum, omnia ex ordine retulit mihi Petro presbytero et monacho benignissimus pater, dominus abbas meus Tas. Unde, cum laudatus abbas Tas. ut ex Vita hic edenda fit manifestum, S. Paldoni anno C 720 defuncto successerit, atque circa reparatae salutis annum 730 obierit, hunc biographum S. Autperi supra laudato fuisse anteriorem, fit consecrarium. Atque hæc sunt, quæ de Sancto nostro prelibanda censuimus, reliqua ejusdem gesta discet studiosus lector ea Vita, quam, ut diximus, cum edito apud Mabillonum, Muratorium, et Ughellum exemplari, cumque statim laudata Petri presbyteri lucubratione collatam, et de more notis illustrata, huic Commentario subnectimus.



## VITA

## S. PALDONIS, ABBATIS

S. VINCENTII AD VULTURNUM IN ITALIA,  
ET SUCCESSORUM EJUS TATONIS  
ET TASONIS,

Auctore S. Autperio, ibidem  
abbate,

Ex Ms. D. J. B. Mari.

## PROLOGUS.

E

**H**umani generis primus parens, ad imaginem Dei factus, in paradiso voluptatis positus, ut vita precepta servaret, ab ipsa vita, quæ Deus est, fuit admonitus, et ne hanc pro minimo duceret, mortem ei est comminatus, sed hæc ille contemnens, sponte deseruit Creatorem et secutus est peremptorem. Deus vero, qui mentiri, ut est veritas, non novit, morti, quam minatus est, eum addixit. Dixerat enim illi atque ejus uxori: « In quacumque die -come-deritis de ligno scientie boni et mali, mor- te moriemini! » Que videlicet sententia non solum corporis sed et animæ mortem ostendit. Sed, quia benignissimus Deus serpentes suasionibus miserabiliter vidit hominem deceptum, fragiliorisque esse materię figuramentum, noluit, hunc esse in æternum damnatum. Hinc enim actum est, ut Unigenitus Dei Filius carnem sumens moreretur pro nobis, ne mors animæ ultra regnaret in nobis, ut, quod in Adam perdideramus, in Christo recuperemus. Hinc enim scriptum est: « Cum venit plenitudo tem- poris, misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus. » Sed, quo caritatis ardore id fecerit pro nobis, nullus verbis explicat ex nobis; at enim ipse Dei Filius: « Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum Unigenitum daret. » Hinc iterum Paulus dicit: Qui dilexit me et tradidit seipsum pro me. De quo rursus ait: « Cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo: sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens in similitudinem hominum factus et habitu inventus uthomo. Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. » In qua scilicet humanitatis forma conversatus inter homines per omnia ut homo, excepto peccato, iter eis ostendit, quo ad derelicta gaudia repedare possint. Si autem, quod sit hoc iter, inquiramus, Dominum in Euangeliō dicentem attendamus. Ait enim: « Ego sum via, et nemo venit ad Patrem nisi per me. » Ecce, audivimus iter, per quod patriam repetamus,

*Homo a domo-  
ne seductus**Gen. 2, 17.**Galat. cap. 4,  
v. 4.**Johan. cap.  
5, v. 16.**Philipp. cap.  
2, v. 6.**Johan. cap.  
14, v. 6.*

A.S.AUTPERTO.  
per Christum  
ad Deum re-  
ducitur.

repetamus, videamus nunc, quibus modis ad ambulandum gressus dirigamus. « Qui » (inquit Joannes Epist. 1, cap. 2, §. 6) « dicit, se in Christo manere, debet, sicut ille ambulavit, et ipse ambulare. » Libet autem intueri, quae sint haec Christi vestigia, qui gressus, quibus in carne ambulavit pro nobis. Ut cætera faciem, que euangelica plenitudine narrantur de Baptismo ad tentationem ac jejunium, de jejunio ad prædicationem, de prædicatione ad opprobria, de opprobriis ad flagella, de flagellis ad sputa, de sputis ad crucem, de cruce ad sepulturam pervenit. Ille etenim sunt gressus Dei in terra, de quibus Psalmista ait: « Visi sunt gressus tui, Deus, ingressus Dei mei regis. » Hos imitandoles esse denuntiant Petrus ait fideliibus: « Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus. » His se passionibus sequi ipsa Via insinuat dicens: « Si quis vult post me venire, abneget semetipsum et tollat crucem suam quod tidie, et sequatur me; » et ait Paulus: « Mihi autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Jesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est et ego mundo. » Ille gressus autem et angustam ingrediuntur viam, que ducit ad vitam. Ille ambulant super aspidem et basiliscum et conculcant leonem et draconem. In his ambulaverunt Apostoli, hos Martyres et Confessores sunt subsecuti. Hos per gressus incessanter Monachi, quibus specialiter a Domino dicuntur: « Tollite jugum meum super vos, et discite me, quia misericordia sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris. » Sed quia nos in illorum tempus devenimus, de quo Dominus in Euangeliō ait discipulis suis, « Quia abundavit iniurias, refuges et caritas multorum, » ac secundum Apocalypsim sententiam, nequaquam ferventes, sed (quod commendum est) tepidos adipiscimus monachos. Ad incitandos animos eorum, tres nuper ad Christum conversos euangelica perfectione probatos auditorum animis ingerimus, Paldonem scilicet, Tasonem atque Tatonem, sanctorum Patrum sudoribus ac laboribus coequandos: ut, qui desidiosi ac languidi antiquos patres nostros nos imitari non posse causamur, horum nuper consursorum vitam, recolentes erubescamus. Hos ergo non temeritatis ausu impulsus, sed abbatis a mei monita secutus, enique modo stilo prosequor, de quibus adhuc testes existunt, qui se haec ab his (SS. Paldone, Tasonem et Tatonem) audisse confirmant.

## ANNOTATUM.

a Secundum monasterii Abbatum seriem apud Ughellum et Mabillonum huic abbatij Johannes nomen erat.



**T**res igitur ex nobili genere orti, jure consanguinitatis a propinqui, Paldo, Taso et Tato fuerunt viri Beneventani: ex quibus superior Paldo ex uno, Taso vero et Tato ex altero fratre sunt procreati. Ille euangelica voce excitatus, divinoque amore inflammati, una eis sententia, unum consilium fuit, unumque exstitit votum, patriæ solum, divitias, parentes reliquere et nudos nudum Christum sequi, nudos cum nudo adversario pugnare Galiarumque provincias pro voto expetere atque inibi corpore, non mente ductos diversa monasteria inquirere lenique jugo Christi colla mentis submittere. Hoc autem idecirco studiose facere prævidebant, ut propter Christum ne uno, qui superesse poterat, aspectu visionis corporaliter fruerentur. Quid plura? Ut animo et mente conceperant, iter preparant, nec moram faciunt, nec dilationem prætendunt. Sed carnalium parentum nexus pertimescentes, qui semper impedimentum fiunt ad Christum conversis, eorum oculos pia simulatione deludunt, ita tamen ut mendacii crimen nequaquam incurant. Dicunt enim, se Romanam pergere velle, Apostolorum principis Petri se suffragis commendare, usque desiderata limina osculari: quod et fecerunt. Sicuti autem nobiles decent, oneratis animalibus stipendiis, præparatis ad sedendum equis, famulorum fulti obsequiis, sibi solique Deo cognitum, quid agere vellent, gressus ad ambulandum movent.

F Stirps veneranda satis, nimium præcelsa parente.

Primus a principio luxit ut orbe dies. Germine purpureo decus hoc tulit urbs Beneventus,

Jure salutiferos traxit ab urbe Viros. Scandere regna petunt sublimia corde sereno, Digne sacra ferunt signa pro lege Dei.

Terrea cuncta terunt, gazas ut stercore spernunt.

Laudes magnifico gaude referre Deo.

Cui laus et virtus,  
Rex bonus invictus.

4 At vero ubi proprios fines sunt egressi, Marsorumque b provinciam ingressi, descendunt equis, admonerunt pueros, ut cum equis et his, quæ allata fuerant ad propria remearent. Et hoc propterea, quoniam sibi tale votum exstisset dicebant, ut ii tres tantum suis pedibus Romanam pergere deberent. Illis autem abscedentibus, dum præfati famuli Christi scandunt iter, obviam habent pauperes vilibus ac scisis indumentis adopertos. Jam ii paupertatis

SS. Paldo, Ta-  
so et Tato clam  
parentibus a

**A** paupertatis amore inflammati aiunt inter se: Ne sit in nobis, quod mundus honoret, ne quod latro diripiatur, his nos vestibus exuamus, pauperibus tribuamus, illorumque nos vilissimis ac sordidis induamus. Hinc perpendant, qui nomen monachi prætendunt, quanti reatus criminis sit, sub Christo paupere degentes, indumentis contos et non moribus incedere. Ecce etenim ii, per quos monasterium hoc initium sumpsit, talibus induiti amictis \* initium sue conversionis dederunt.

Mundus ad ima ruit, miseros ad tartara ducit. Mutemus vestes, nostras, Deus, instruementes:

Ne sit quod fortis, fur, latro tollere possint.

5 Et ut ad propositum revertar, dum cœpto itinere pergunt, ad monasterium gloriose Dei genitricis Mariae, quod est in Sabinis, pervenient, in quo vir Vitæ venerabilis Thomas c pater præerat: de qua a pluribus audivi, quia olim in partibus Orientis constitutus, sicut ipse B narravit, tamdiu ad Redemptoris sepulcrum orationi vacavit, quoadusque impetraret, quod precebus postulabat. Denique, ut adferunt, nocte quadam precibus fatigato, soporeque depresso adstitit ei quidam gestans in manu mira pulcritudinis panem, cui et dixit: accipe hunc panem, et abscede. Scito autem te minus ex eodem nunquam habiturum d. Tanta etenim deinceps, ut aiunt, qui eum viderunt, compunctionis vir fuit, ut pæne de Deo sine lacrymis nil posset loqui. Is dum prefatos Dei famulos hospitio suscepisset, ut monachorum ac bonorum moris est Christianorum, cum fratribus, ut ei solitus fuit, secundum Domini præceptum eorum pedes ablucere pergit. Hi autem, qui advenierant, delicata ac candida membra vilibus et sordidis vestibus tegebant, elegantem ac compositum vultus adspectum prætendebant. Quam ob rem nec eorum secretum abscondi potuit oculis viri Dei.

6 Peracto itaque caritatis officio noctisque cursu transacto, cum aurora daret initium diei, seorsum eos blanda locutione inquisivit, qui essent, unde, cur advenierint, ne forte aliquod præjudicium sustinerent, ne peccati crimen peracto fugerent, promittens se eis, in quo valeret, adjutorium ministrare: tantum ut profiterentur; cur eis ita placuerit tantam simulationem arripere. Ad haec illi obstupefacti, videntes consilium suum seniori celari non posse; consilio accepto narrant cuncta per ordinem, qui fuerint, unde, cur advenierint, queque gesserint, quorum filii, quibus nominibus vocarentur, qualiterve Romanam pergere vellent, indeque Galliarum regiones expetere: multis eum adjurationibus constringentes, ne eorum proposito ipse fieret impedimento. Ad haec ingemiscens venerabilis senex ait: nequaquam, o filii, in hoc tam laudabili proposito vos impediare cupio, sed magis adjuvare: nec vos interim relinquam, aliquantis per vobis permagam, itineris vestri usque ad Apostolorum limina me habebitis commitem. Propterea autem vir Deo plenus itineris illorum particeps fieri gestiebat, ut eos, sicuti et fecit, suis salutaribus consiliis ab illius itineris longitudine revocaret. Quod Dei providentia factum fuisse nullus ignorat, qui hoc monasterium cernit.

Hos specie, forma, cognoscit munere do-

gma. Consilio refovet, levat obsequio Pater al- A.S.AUTPERTO.

mus,

Ne paveant, faveant, facilis pateat labor

altus.

7 Pergunt interea simul, ut sensi fuit voluntas, multisque lacrymis profusis, devotionem suam Apostolorum commiserunt suffragiis. Oratione vero completa, cœpit eos reverende memoriae jam dictus pater verbis suasoriis admonere, ut secum ad monasterium reverterentur, et aliquantum apud eum demorati, et propositum institutionis suæ videndo et operando addiscerent, et tum demum, quo eos Dominus vellet vocare, properarent. Et ut verbis illius utar: Audite, inquit, o filii, consilium meum, ad monasterium, cui deservio, revertimini mecum, et propter ardorem vestri desiderii, quamquam extra usum monasterii, intrinsecus vos recipiam, ut simul cum fratribus edatis, simul dormiatis, simul oratione vacetis, ut his exercitiis probati sciatis, quibus modis propositum monachi adimplere valeatis. Hæc et his similia eo dicente, præbuerunt assensum, pariterque E cum eo ad monasterium sunt regressi, in quo paucis diebus remorati, pæne ad plenum instructi sunt.

Te simul ecce petunt, Petri dum limina quæ-

runt,

Roma beata nimis, fratresque, senexque

fidelis,

Quos trahit ipsa ferens fidei per littora navis.

8 Accidit autem, ut dum pater duorum fratum Tatonis scilicet atque Tasonis; cum cæteris parentibus, hue illucque eos quærerent, rapidissimo cursu Romam venirent, quos cum studiose quererent, ac nequaquam inibi inventirent; audiunt a dicentibus Sabinis, eos esse in monasterio gloriose Dei Genitricis Mariae. Tunc illi majoris amoris stimulis agitati, spatiū itineris illius quasi transvolantes, ad praedictum monasterium pervenerunt, a praedicto monasterii patre petierunt, ut aspectibus illorum præsentarentur. Venerabilis autem senex eorum dolori compatiens, ut erat suadibilis eloquio, admonuit, ut exirent. Illis autem renitentibus compulit eos, ut sibi imperanti obedirent. Ut vero egressi sunt, parentesque eos viderunt, vehementer flere cœperunt, elevataque F vox ad eos dixerunt: cur nos peccatores tanquam mortuos reliquistis? ut quid curam animarum nostrarum deseruistis? nullusne vobis inest pietatis affectus? nulla consanguinitatis compassio? obsecramus, inquiunt, obsecramus et per Deum conditorem celi et terræ deprecamur, ne nos deseratis, quia ad Christum converti e, et sæculum funditus relinquere sumus parati. Sin autem, contestamur cælum et terram, sanguinem nostrum de manu vestra a Deo fore quærendum.

9 Ad quorum verba, lacrymas atque singultus dum illi pietate nequaquam moverentur, seque, ut Deo promiserant, Gallias petere dicenter; prophetica f, ut aperte nunc cognoscimus, fertur senex ad eos voce dixisse: confidite, inquit, filii, confidite et de Dei misericordia præsumite, quia si modo meis monitis aurem obedientiæ accommodaveritis, multi per vestras actionis exemplum, celeste ingredientur regnum. Audite, inquit, filii charissimi, audite consilium patris vestri et horum preceres spernere nolite. Ostendam vobis, si vul-

*comitatus, ad  
suum mona-  
sterium redu-  
cit,*

*ibique a paren-  
tibus inventi,  
ne illorum  
lacrymis per-  
moti,*

*ad solitudinem  
prope Vulgar-  
num fluvium,  
sudente*

*f*

A.S.AUTPERTO. tis, a Deo vobis locum præparatum. Spero enim in Domino, quoniam illic adimplebit Deus desiderium vestrum, ibique facietis Deo fructum acceptum. Indicium autem loci percipite, et ad eum quantocius properate.

Non pater hos monitis, gemitu movere parentes.

\* *Muratorius se*  
S. Thoma abbatie,  
  
\* *Muratorius se*  
S. Thoma abbatie,  
  
secundunt: in qua  
g  
a quodam ignote alimenta accipiunt.  
  
\* *sub intellige portam*

tis, a Deo vobis locum præparatum. Spero enim in Domino, quoniam illic adimplebit Deus desiderium vestrum, ibique facietis Deo fructum acceptum. Indicium autem loci percipite, et ad eum quantocius properate.

Sed \* patriam gentem contemnerite fatentes, Mollia spernentes, pro Christo dura ferentes.

10 Est autem, dilectissimi filii, locus, ad quem vos ire desidero, in Samnii partibus super ripam Vulturni fluminis, ubi initium sumit a mille fere passibus, in quo videlicet loco situm est oratorium martyris Christi Vincenti nomine dedicatum : ex utraque vero parte fluminis sylva densissima, quæ habitationem tantum præstat ferarum latibulaque latronum. Omnipotens autem Dominus, cui vos famulatum exhibere desideratis, et vos in eodem loco illas servabit, et cunctis iter agentibus a timore latronum pacatum atque securum constitut ; neconon et cerasis, dumis, ac sentibus, lignis fructiferis abundare faciet. Ite, ait, filii, et in eodem loco sine metu cujuspam permanete.

B Hos pater ire monet, loca monstrat pervia nullis,  
Arboribus multis, quæ comant flumina pulcris,  
Montibus, et ventis nivibus sunt frigidae mæstis.

11 His igitur et hujuscemodi verbis a rigore obstinationis emolliiti, tamquam Christum in seniore loquentem attendentes, Apostolique dictum recordantes : Nolite quærere quæ vestra sunt singuli, sed quæ alterius g ; ab his, quæ coeprant, reycocant animos, atque ab eodem benedictione percepta, iter arripiunt, et ad hunc, quem incolumis, perveniunt locum, nihil secum in almoniis corporis præter viaticum in sportella ferentes, jam tunc non immemores illius præcepti dicentis : Nolite solliciti esse quid manducetis, aut quid bibatis ; et nolite solliciti esse in crastinum h. Sed ille, qui propter miseriam inopum et gemitum pauperum, ut pius pater exurgit, qui talia agentibus remittit dicens : querite primum regnum Dei et C justitiam ejus et hæc omnia adjiciuntur vobis, hanc eorum fidem aspiciens, cito stipem largiendo adfuit.

Tres iter adsumunt, nihil hic nisi corpora ducunt.

Est regimen, victus, tegmen, miseratio Christus.

Lex quoque sacra Dei, lux noctis sive diei.

12 Nam cum ad hunc, in quo residemus, ut dictum est, pervenissent locum, quia cuncta, quæ ad usus corporis sunt necessaria deerant, ad illum protinus mentem exerentur, in quo et per quem omnia vivunt. Ingreduntur denique oratorium, peragunt in Dei laudibus officium, atque superveniente nocte quieti membra deponunt. Sed cur dico, quieti ? cum terranum tantum artus locantes, ad morem patriarchæ Jacob, lapides capitibus supposuerunt. Dico tamen quietem esse : in qua etsi caro tabescit, spiritus pinguiscebit. Et ecce facto parvo intervallo, venit ad eos quidam homo ignotus nocturno silentio, regiamque \* Oratori pulsans, ait : quisnam in hoc loco quiescit ? ad cuius vocem exiliens tacitus venit ad eum venerabilis Taso. Cui ille, audivi, inquit, a dicentibus, quoniam hic peregrini adessent, et

D propterea a pastoribus meis veniens, detuli modicum farinæ ac vini. Si habes, ubi hoc, quod attuli, recendas, accipe. Tum ille quædam vascula reperiens, tamquam a Deo sibi oblata suscepit quæ offerebantur : quo abscedente, nullus deinceps compertus fuit, quisnam ille fuisset, qui hoc munus grataanter obtulisset i. His igitur indicis claret, a quanta perfectione cœperunt ii, per quos hunc locum ad tantæ magnitudinis excellentiam perducere dignatus est omnipotens Deus.

Angelus accessit, dixitque : *Quis hic requiescit?* Exsilit inde Taso tacito pede, pectore grato : Munera cui præstans vinum, similam, reddit extra.

#### ANNOTATA.

a *De hac consanguinitate supra laudatus Petrus presbyter et monachus Vulturnensis, sic loquitur :* Tres fuerunt viri religiosi, a Deo vocati atque electi, nobili genere orti, Beneventani cives Paldo venerabili consobrinus Tasonis et Tatonis germanorum fratrum.

b *Paulus diaconus de Gestis Longobardorum cap. 20 refert, Marsorum regionem in Latii provincia juxta lacum Fucinum, Valeria dicta, sitam esse, in qua S. Equitius, de quo in nostro Opere ad diem 7 Martii actum est, abbas floruit. Eruditissimus Mabillonius in Annotatis ad Vitam SS. Paldonis, Tasonis et Tatonis putat, Marsorum regionem per se provinciam non esse. En ipsius verba : Marsorum regionem ideo intra Valeriam provinciam aestimo computari, quia in Catalogo provinciarum Italæ minime ab antiquis descripta est. Si quis autem hanc per se provinciam esse vera ratione comprobaverit, hujus rationabilis sententia modis omnibus erit retinenda.*

c *Vide in nostro Opere ad diem 10 Septembbris hujus sancti abbatis Acta, in quibus hanc Sanctorum peregrinationem etiam rite descriplam reperies.*

d *Eadem sed fusius refert auctor anonymous Vitæ S. Thome, qui haud recte, uti videtur, per vocem quidam hic D. Virg. Mariam est interpretatus, cum in omnibus hujus vitæ exemplaribus vox quidam non vero quædam legatur.*

e *Petrus presbyter et monachus Vulturnensis sequentia addit : Nam genitor Tasonis et Tatonis de praesenti Deo teste converti promisit, quod et fecit.*

f *In Vita apud Muratorium et Ughellum legitur propterea ; quod certo amanuensium incuriaz tribendum videtur.*

g *Vide B. Pauli Apost. Epist. 1 ad Corinth. cap. 10.*

h *Apud Matth. cap. 6.*

i *Petrus presbyter monachus Vulturnensis hoc factum paulo fusius sic enarrat : Cui ille, audivi, quod hic peregrini venissent : a pastoribus meis venio, sed habeo hic aliquantulum farinæ, et in utre vinum : accipe, si habes, ubi recendas. Cumque vasculum quæreret jam dictus Taso, invenit cupum aptum jacentem et collocavit in eo ipsam farinam, deinde in angulo Oratori invenit parvam botticulam, ubi presbyter offerendas amulas suspicere solebat, quando idem missam semel in anno facere veniebat ; lavit et effudit, misitque in eam vinum ; ac deinceps nullus scire potuit, quis ille fuisset, qui haec obtulit.*

CAPUT

A

## CAPUT II.

*Monasterii S. Vincentii S. Paldo  
primus abbas constituitur : cui  
defuncto, S. Taso et deinde Tato  
succedunt.*

Multos ad se  
alliciunt,

**I**n hac denique Christi paupertate sollicite persistentes, eorum vita, quam Deus ad exemplum plurimorum ostendere dispositus, longe lateque personuit, atque lucerna super candelabrum posita diutius latere non potuit : et cum multi eorum vitam imitari cupiunt, multitudine fraternitatis ad eos concurrere coepit.

\* lego ter

Longe per \* centum sociis moderare talen-  
tum

**B** Famina sacra ferunt, palmam bellique tule-  
runt.

Et cipiunt multos valido de gurgite ductos.

**14** Primus itaque praefuit sacro gregi Paldo Dei famulus, qui erat omnino mitissimus, quippe per omnia hoc in suis actibus ostendebat, quod suis subjectis voce predicabat : ita amator Christi paupertatis, nec, sicuti carnales, restuans divitiis terrenis. Hic nempe fertur ad confirmandas animas fratrum, ut in pau-  
pertate, quam cooperant, perdurarent, dixisse : Credite mihi, fratres, quia monachus ille, qui in hoc monasterio persists, usque in finem permanserit, anima ejus aeterna supplicia ne-  
quaquam sustinebit ; sed vitam aeternam possi-  
debit : et hoc sanctae congregationis monasteri-  
um usque ad finem saeculi ad lucrandas animas  
permanebit *a*. Quod quidam ignorantes, qua inten-  
tione hec prosecutus fuerit, falsa se ipsos  
securitate decipiunt, quamvis male viventes  
et contra regulam patrum facientes *b*, hoc in  
monasterio si permanserint, salvos esse in futu-  
rum posse ; cum constet omnibus, quia qui-  
cumque in perpetratione criminis, hoc in loco  
permanserint, et ante extremi obitus diem se  
minime correxerint, ad vitam nequaquam posse  
transire. Dicendum autem illis est, nequaquam  
virum Dei contra divina eloquia sententiam perma-  
nere dixisse, qui ipsorum sobriam et castam  
vitam ac laudabilem paupertatem vellent imi-  
tari.

Culmine praeclaro renitens diadema sacro,  
Primus praeficitur Paldo venerandus et abbas  
Innumeritas animas Christo super aethera  
mandat.

\* rite admini-  
strato canobio  
pie moritur.  
• lego memo-

15 Interea turba fratrum successente, co-  
perunt contra votum habere, per quod possent  
eisdem, quos regebant, subvenire. Dumque pre-  
dicti venerabilis patris Thome immemores \* di-  
cti: Multospereos in hoc loco esse salvandos, ami-  
cam paupertatem sollicite requirentes, abjicere  
conantur ea, quæ possidere videbantur. Sed, re-  
sistente eis, divino iudicio, turba fratrum,  
studuerunt magis secundum Apostolum non  
sua singuli, sed, quæ alterius sunt, querere.  
Et illud : " Omibus omnia factus sum, ut  
omnes salvos facerem *c*. Multa siquidem tunc  
inter eos fuisse caritas, multa concordia uni-  
Octobris Tomus V.

tatis, multa compassio fraternitatis refertur. Et quidem narrantur de eis quædam digna miraculis ; sed nostrum ab hoc tantum fuit studium incitatum, ut, quibus modis sæcu-  
lum ac diabolum vicerint, apicibus prosequa-  
mur. Neque enim majus potest esse miracu-  
lum, quam quod tota mente mundum reli-  
querunt. Et quia multi videntur miraculorum  
esse participes ; sed nullatenus nomina habent  
scripta in cœlis, nequaquam hoc in tempore  
virtutes in ecclesia, sed perfectam vitam re-  
quirimus. Unde Dominus discipulos de sub-  
jectione dæmonum gaudentes deterret dicens :

Nolite gaudere in hoc quia daemonia vobis  
subjiciuntur *d*. In quo vero deberent lætari,  
subdendo manifestat dicens : Gaudete autem,  
quod nomina vestra scripta sunt in cœlis. Ma-  
gna siquidem virtus, magnumque et admirabile  
extit signum, suæ conversationis exemplo tam  
innumerous de terris elevasse ad celos, de te-  
nebris ad lucem, de morte ad vitam, de exi-  
lio reduxisse ad patriam. Et, ut cæpta prosequar,  
sepe dictus venerabilis Paldo evangelicæ  
perfectionis vir, per omnia consummatus, hu-  
manus rebus excessens presentis vite finem fe-  
cit, quinto Idus Octobris, indictione tertia,  
anno incarnationis Dominica septingentesimo  
vigesimo, residente in Sede Apostolica vene-  
randis memoria Gregorio secundo. Hic suscep-  
perat sacerdi cœnobii regimina ab incarnatione  
Domini anno nccvii sub sancto Papa Sisinnio.

En paradise tuos vernantes collige flores.

Denis e septenis annis moderatus habenis

Est Paldo felix, quando tua gaudia cepit.

16 Cui successit in sancto regimine Taso, minor quidem annis, sed ardenter in sancto  
proposito omnibus illis. Quia vero nonnum-  
quam is, qui præest, si considerare negligat  
et contueri infirmorum imbecillitates, eosque  
non ut prævaluerint, sed ut rigor districtonis  
ejus dictaverit, voluerit arcuus astringere,  
nequaquam eos, quo cupit, perducere valet.  
Quia huius nimius zeli fervor potuit dominari,  
simile quiddam ei accidisse cognoscitur.  
Nam cum hunc arduo itinere incidentem ne-  
quaquam sequi valerent, penitus deserentes ab-  
jecerunt, fratremque ejus majorem natu loco  
ejus constituerunt. Unde factum est, ut ab *F*  
utrisque partibus ad pontificem Romanum re-  
latio mitteretur. Quod cum Gregorius Papa  
secundus audisset, factum improbat, hos con-  
tra canones egisse notat, manusque suas in Chri-  
stum Domini extendisse denuntiat. Quibus et  
poenitentiam indicens, hujus facti efficaciam  
admit, quam scilicet indictam sibi poenitenti-  
am vix cum magno difficultatis conamine, ob-  
sistente eis aeris ardore, perficere valuerunt.

Post sequitursocius retinens moderamina Taso

Qui minore est annis, validus sapientia quamvis.

Hic alacer, fortis fervens quoque robore  
cordis.

17 Sed ut ostenderet omnipotens Deus,  
quanti reatus crimen admisissent ii, qui pasto-  
rem a Deo sibi præelectum abjecissent, nequa-  
quam hac poenitentia placatus, mox sine mora  
judicium exercutum ultiōnem. Nam ita cœperunt  
singuli humanis rebus excedere, ut duorum  
aut trium corporum fieret una memoria / re-  
ceptaculum. Eoque hæc grassata fuit sententia,  
quoad usque pæne nullus eorum in corpore  
remaneret, qui hujus nævi fuerant consilio.

*Ipsi S. Taso  
succedit, qui  
dein ob zelum  
a fratribus  
exauktoratus*

85 maculati.

A. S. AUTOPERTO.

maculati. Sed nec ipse diu moratus, eosdem est moriendo secutus. Idcirco autem hujus facti adversitatem huic operi adnectimus, ut a tali deinceps seditione et pastor et grex alieni existant. Quia etsi nequaquam eos, per hoc factum utpote incipientes pænitere, damnandos adfirmare audemus, cum scilicet pastor zeli fervore et grex pusillanimitate erraverit; tantum incertum est, utrum eos haec judicij sententia ad plenum hujus reatus criminis mandaverit, an etiam purgatorii post mortem suppicio ignis fuerint absoluti. Obiit autem Taso *g* predictus pater tertio Idus Januarii in pace, anno Dominicæ Incarnationis septingentesimo vigesimo nono Indictione undecima \*.

Sis memor ergo tui, qui cernis fatu sepluti *h*,  
Fratri prelates poemam Taso fertue reatus  
Annis post octo migrans, cui cesserat ordo :  
Quem sequitur fratrum numerus sub peste  
necatus.

*Huic suffectus*  
*S. Taso ab an-*  
*no 729 usque*  
*ad 739 mona-*  
*sterium resit.*

18 Succedunt præterea post hujus discriminis lucem, ut adsolet, læta quædam atque jucunda, cum superstes Taso loco paternitatis succedit. Hic denique virtutum omnium matre plenus extitit caritate, in animabus colligendis studiosissimus, zelo Dei ferventissimus, pietate uberrimus, discretione cautissimus quique veluti mater super filios, sic semper sollicitus fuit super subjectos, semetipsum in laborigibus durissime exercens, gregi ut pater parcer, intermites mitior existens, inter elatos zelum discretionis exercens. Fertur etiam, ex quo ad monachi habitum venit, nequaquam balneis usum fuisse, numquam caput lavisse, numquam novaculam super caput aut barbam duxisse; et, quod his difficilius est, diebus opere manuum insudans, noctibus vigiliis propensiis vacans; lorica i onus ad carnem gestans, quo usque virtus corporis prevaleret, non deposuisse. Cum vero, defessus ac fatigatis iam membris, hanc ferre non posset, circulum ex eadem occulte sibi fieri præcepit, quem et usque ad diem obitus sui gestavit. Hunc asserunt lectisternia refugisse. Fertur etiam et hebdomadam jejunio peregrisse. His enim ac cæteris virtutibus repletus ad finem usque perdurans, consummatus obiit in pace tertio Idus Decembris Indictione vero sexta \*, felici gaudio letus, anno

C Incarnationis Dominicæ septingentesimo trigesimo nono.

Hic prius abjectus, fit postea pastor honestus Undenis actis, postquam Taso prefuit, annis, Ad finem durans explevit tempora longa, Qui fuerat magnus studiis, opibus quoque largus.

*Temporis sui*  
*vita*

19 Heo de iis dixisse sufficiat, quorum nos exempla ac facta præclaræ de sæculi turbine ad hanc quietem perduxerunt. Sed horum adspicentes fervorem, cogit nos gemitus aliquid dicere de nostro conversationis tempore. Et quamquam meipsum primo ferire loquendo pertimescam, tamen ea, in quibus jaceo, et mihi similes jacere cognosco, enarrare vita sublato pudore non erubesco. Fortassis enim per hanc humilitatis confessionem et mihi a Deo veniam dabitur et illis salubris correctione ministrabitur. Sed unde exordiar? unde loquendi initium sumam? Omni enim ex parte sanctum a nobis propositum violatur et poene nihil nobis superstest, nisi quod sanctus pater prædictus Benedictus, Per tonsuram et habitum nos Deo men-

tiri videmur pæne omnes ad superbiam prompti, D ad contentionem, ad scandalum, ad detractionem, ad mendacium, ad maledicendum, ad accusationis lassionem, ad contumaciam, ad iram, ad amaritudinem et desperationem, ad surrationem, ad murmurum, ad gulam atque ornatum vestium sumus illecti : et, ut breviter cuncta perstringamus, ea, per qua Sancti caelestia consecuti sunt regna, id est, tribulationes, persecutions, adversitates, angustias, passiones, contumelias, humiliatem, subjectionem, paupertatem odio habentes : quæ nostra sunt, non quæ alterius, quærentes; falsos honores appetentes, ac per hoc invicem invidentes, invicem mordentes; quidquid ad presens delectat, quidquid dulcedinis, tota mente requirimus, nescio per quod aliud iter, fallente nos visu interiore, a Sanctorum calle deviantes, ad vitam nos posse pervenire confidimus. Ait enim Dominus : « Arcta et angusta via est, » que ducit ad vitam, et pauci sunt, qui intrant per eam. \* « Apostolus vero dixit : » Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei. \* « Et iterum : » Si non compatimur, nec conregnabimus. \* « Et : » Nemo coronaabitur, nisi qui legitime certaverit. \* « Eja monachi nostri, quid ad hæc dicturi sumus? aut (quod enim nefas est) Scripturam mendacem, aut nosmetipsos mendaces veraciter appellabimus. Sine viam enim tendentibus labor est itineris, non profectus. Aut forte decepti dicere poterimus (ut secundum miseriam nostram loquar) Dominum dixisse : Beati, qui induti sunt cappa, vel qui usque in horam nonam jejunant? Nequaquam. Dixit autem de his, qui falsam religionem prætendunt : » Veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. » De illis autem, qui beati futuri sunt, ait : » Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum\* etc. » Intendamus, qui haec abhorremus, quibus modis in Scriptura detestantur ea, que nunc sequi videmur. Scriptum namque est : » Superbis Deus resistit, humiliibus autem dat gratiam. » Et : » Qui detrahit fratrem, eradicabitur. » Et : » Neque maledici regnum Dei possidebunt. » Et : » Perdes eos, qui loquuntur mendacium. » Et : » Cecidit accusator fratrum nostrorum. » Et : » Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. » Et : » Væ, qui scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt. »

20 Tot enim mortibus digni sumus, quot his malis exemplis scandalizamus. Sed nos, o dilectissimi fratres, superiorum pauperum, quorum mentionem feci, exempla attendamus, ne in vacuum currere videamur. Omni nisu, omni conanime, omni virtute desudemus, ut ab his, quæ dixi, præcipiti educti, per iter Sanctorum incedere valeamus. Si enim unum in nobis bonum perfecte adesset, tot enumerata mala nequaquam inessent. Et quod est bonum, nisi mandatum novum? » Mandatum novum », inquit Dominus, » do vobis, ut diligatis invicem. » Et : » In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis » ad invicem. » » Qui enim diligit », ait Apo- stolus, » legem implevit. Et plenitudo legis est dilectio. » Ego autem dieo vobis, quia, qui fratrem diligat, nequaquam detrahit, sed corrigit: qui vero detrahit, non diligit. Qui autem non diligit, docente Johanne, manet in morte. » *auctor luget,*

*Matt. cap.*  
*7. v. 14.*

*Act. 14. v.*

*Rom. 8. v.*

*17.*

*2 Timot. 2.*

*v. 12.*

*Matt. cap.*

*5. v. 5.*

*Jac. 4. 6.*

*Ibid.*

*5 Corint. 6. 10.*

*Palm. 5. 7.*

*Apoc. 42. 10.*

*Matt. 5.*

*Ibid. 18. 6.*

*Johann. 13.*

*Ibid.*

*Rom. 13. 8.*

*Ibid. 10.*

*et fratres suos  
ad pie viven-  
dam exhorta-  
tur.*

A morte. Si, inquam, radix hujus dilectionis esset in nobis, omnia virtutum poma matureserent: quia vero deest, in flore vanescunt.

21 Sed quia inducas ad corrigerendum hujus temporis \* a pio Redemptore accepimus, agamus, ut in melius proficiamus. Non enim sufficit supple vitia patris, divitias, parentesque reliquise, nisi nos metipsos mortificemus. Diem ergo mortis quotidie attendamus et in aeternum non peccabimus. Passiones Domini inspiciamus, et de praesentibus injuriis non dolebimus. Sicque hujus exsilii iter peragamus, ut egrientes de corpore, angelum lucis inveniamus, per quem defensi ab accusatore illice perveniamus, ubi Deum cuncti cum angelis sine fine laudemus. Ubi jam nullus erit metus mortis, nullus corruptionis metus, nulla esuries, nulla sitis, nullus moror, nullus dolor, nulla amaritudo, nulla tenebrarum caligo, sed dies aeterna, dies beata, in qua qui inventi fuerint, lumine solis non egebunt, quia ab ipso Agno illuminati, sicut sol in regno Patris fulgebunt: ubi semper beati, semper gaudentes, semper latentes, sem-

B perque erunt cum Christo sine fine regnantes: ubi caritas in singulis regnabit, et Deus omnium in omnibus erit, qui in Trinitate perfecta vivit et regnat per omnia saecula saeculorum. Amen.

## ANNOTATA.

a Monachorum numero celeberrimum quoniam fuisse S. Vincentii monasterium, probat dicti coenobii Chronicum, in quo fertur, seculo ix nongentos ejusdem monasterii monachos a Saracenis martyrio fuisse affectos. Istud coenobium, teste V. C. Angelo de Nuce abbate

Casinensi in Notis ad Chron. Casinen, lib. I, A. S. AUTERTO.

cap. 4, Nunc undique solitudinem spirat et horrorem, omni monachorum cultu destitutum, abbatii tantum commendatario commissum. Unde patet, prædictionem hanc non absolutam, sed conditionatam fuisse. Id etiam et sequentia biographi verbo confirmant.

b Notat eruditissimus Mabillonius per regulam patrum hic intelligi regulam S. Benedicti.

c Epistola B. Pauli a Corinth. cap. 9, §. 22.

d Vide Lucæ Euang. cap. 10, §. 20.

e Vide Comment. prævium.

f Id est, unus tumulus. Nam sæpissime, ut videre est in Glossario Cangii, memoria ad Sanctorum tumulum designandum usurpatur.

g In editione Muratorii sic legitur: Obiit autem Tato predictus pater tertio Idus Januarias in pace anno Dominice Incarnationis DCCXXXIX. Contra in editione Vitæ apud Mabillonum sicut et in hoc exemplari Taso tertio Idus Januarias in pace anno DCCXXXIX obiisse dicitur. Si Mabillonii statim citata lectio melior sit, ut reliquæ Vitæ textus satis suadet, E corrigendus erit in Opere nostro Bollandus, qui Ferrarium in Catalogo Sanctorum Italizæ, aliorum monumentorum defectu, secutus ad diem xi Januarii Tatonis Acto loco Tasonis dedit. Verum tam endehac reoperiosius ad diem xi Decembris agetur, ubi de Tusone vel Tatone transtandum erit.

h Hic versus in editione Ughelli desideratur.

i Loricam ferream olim monachi sanctioris vitæ, inter quos eminuit S. Dominicus, ideo Loricatus dictus, ad cutem induebant, ut per hanc mortificationem corpus spiritui subjicerent.

## DE S. JULIANA, VIRGINE

ABBATISSA PAULIACENSI IN NORMANNIA

## COMMENTARIUS HISTORICO-CRITICUS

C

C. B.

§ I. Fasti sacri, quibus Sancta inserta; an vel a Julia abbatissa, cuius rogatu S. Austrebertæ Vita fuit conscripta, vel a Juliana, quam Menardus memorat, sit diversa; prolixum, quo a Saussayo ornatur, elogium.

MEDIO CIRCITER  
SEC. VIII.  
Sanctæ, quæ ab  
hagiologis hic  
memoratis ho-  
die celebratur,

Pauliacum, Gallice Pauilly, nobile olim in Normannia Benedictinarum monasterium, quatuor ab urbe Rotomagensi leuis eo ipso loco, quo hodie (DD. Cornelium et Martinierum in Lexicis suis Geographicis ad Vocabulum Pavilli vides) oppidulum homonymum conspicitur, a S. Filiberto, Gementicensi abate, sec. vii in Caleticis Caurum versus exstructum, a Danis seu Normannis postea excisum ac denique sub sec. xi finem in Benedictinorum prioratum, S. Austrebertæ dictum, qui et ipse modo, proventibus ejus omnibus, ut Gallia Christ. auctæ Scriptores tom. xi,

col. 127 docent, ad Cartusianos Rothomagenses decimo tertio seculi hujus anno translati, haud amplius existit, conversum, virtutibus suis ac beato obitu, de qua hic modo agendum, S. Julianæ seu, uti etiam vocata, invenitur, Julia illustravit. Hinc haud dubie ibidem a Saussayo, Bucelino, Arturo a monasterio et Castellano, qui illam hodie in Fastis sacræ a se contextis celebrant, consignatur. Annuntiatio, qua id a Castellano fit, paucis dumtaxat, quæ e Gallicis Latina facio, hisce verbis Pauliaci in Normannia S. Julianæ virgo, loci illius abbatissa, cuius corpus Monasterioli ad mare in

S.